

130 *Pars I. Doctr. Conc. & Cat.*

sic, ante sacramentalem confessionem Eucharistiam sumere etiam videatur sibi esse contritus, nisi aliqua necessitate urgentis sacerdos celebrare cogatur.

Quinque debet procurare veram humilitatem, considerando cum Centurione, quām indignus sit, ut filium Dei introit in corpus & dominum suām.

Quinque debet cogitare an habet vestem pontificalem, id est chitatem, nempe an Christum vētē, & ex corde dīgit, sine tali enim dilectione Christus non recipitur dignitatem in communione.

Num. 58. Quia corporis præparatio est adhibenda i R. sp. duplex, altera ut jejunū communicemus, altera ut maximōmodo conjuncti aliquor dies a concubitu uxorum abstineant.

Num. 6. Quis instituit ut fideles jejunū communicent? Resp. Cat. sit Apostolos instituisse.

Num. 58. Ibidem. De quo jejunio intelligitur? Resp. de jejunio non Ecclēsiae, sed nature.

Quid est jejunium naturae? Resp. ut nihil omnino quis comedat, vel bibeat.

A quo tempore? Resp. saltem à dimidia antecedentis nocte, vñque ad punctum facie communonis.

Constituta ab acto matrimonii est de precepto, sicut est jejunium i Resp. non est præceptum, sed Catech. sit, postular tantū sacramentū dignitas, ut abstineant; unde non est præceptum, sed consilium ob reverentiam sacramentū.

De frequenti usu Eucharistia. Num. 5.

Num. 60. Fideles debentne frequenter accedere ad Eucharistiam? Resp. sit Catech. iiii facere debet.

Ibidem. Posset determinari an singulis mensibus vel hebdomadis vel diebus sit recipientum? R. sp. omnibus non posset dari certa regula quoad tempus, quia non omnes æquāliter sunt preparati.

Ibidem. In generali posset aliquid determinari? Resp. Cat. ait: Cetera omnibus regula præscibit non posset; Veruntamen illa est S. August. norma certissima: Sic vive ut quotidie possis sumere.

Ibidem. Quid vult dicere hoc? Resp. vult dicere duo: vaum est quod si homo esset præparatus ad quotidie sumendum, debet quotidie sumere; alterum est quod fideles debent

De Communione.

statere, ut se præparent etiam, si fieri potest, ad quotidie sumendum.

Parochi debent hortari ad frequentem usum Eucharistia. *Ibidem.* *Ita:* Resp. sit Cajer. ita facere debent.

Quomodo probat Cat. hunc usum debere esse frequentem? Resp. primò ratione: secundò autoritate: tertiò Ecclesiæ primitivæ constitutio.

Quomodo probat ratione? Resp. sic. Primi ex parte ani. *Num. 60.* mæ nostræ, quæ eget hoc cibum, id est sit. Quoniammodum corporis in singulis dies alimentum subministrare necessarium est; ita etiam quotidie hoc sacramento aliendæ, & nutritiæ animæ cora non est absicienda: neque enim minus spirituali cibo animam, quam naturali corpus indigere perspicuum est. Et hoc confirmatur per figuram Manæ, *Dicitur* *sacra* *Num. 32.* cùm singulis diebus corporis vites manna reficeret oportet; secundò probat ex patre astius cibis reūm enim ab illo, vt dictum est, infinita bona, & fructus proficiantur, fideles estimare debent se plurimum damni fecisse, si aliquando hoc saluberrimo usu cœterint.

Quomodo probat autoritate? Resp. Quia sit, omnes patres, qui de hoc scriperunt, convenerunt in hanc sententiam: Quotidie peccas, quotidie sume.

Quomodo probat constitutio primitiva Ecclesiæ? *Ad. 1.* *C. R.* Resp. quia ex Actis Apostolorum habetur, quod fideles quotidianè communicant, cùm quotidie ad illius usum parati essent. Et hæc confutando aliquando fuit renovata, & conservata: Sed postea refugiente charitate Fabianus Pontifex præcepit, vt iter quotidiani fideles communicarent, nempe Natali Domini, Resurrectione, & Pentecoste: Sed adhuc magis deficiens charitatē, præceptum est, vt saltem semel in anno quilibet Eucharistiam suscipiat.

De hoc præcepto dicente aliquid C. T. Resp. dicit sic: *S. Iff. 13. 6. 9.* quis negaverit omnes, & singulos Christi fideles veriusque fuxus, cùm ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in Paschæ ad communicandum juxta præceptum Sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit.

142 Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

& perfecta doctrina & instruictio. Post Evangelium cantatur Symbolum, in quo populus confitetur fidei, quia post instrucionem debet sequi confessio: Cantatur autem in fidelis, de quibus sit aliquia mentio in symbolo, sicut in festis Christi, & B. Virginis, & Apostolorum, qui hanc fidem fundaverunt: & aliis iurisimodo.

3.8.9.81. 3.8.4. ad 4. 8.8. Quare illa dux partes, scilicet *preparatio*, & *infrumentum*, dicuntur Missa Catechumenorum: Resp. quia Ca-
techumeni licet inter se tantum illi.

Quare post Epistolam ferut liber Evangeliorum ad aliud coram Altaris: Resp. ad significandum legem trans-
ferti a Synagoga ad Ecclesiam.

De Oblatione. Num. 4.

D.T. 3.7.7.
8.3. art. 4.
Ibidem.

Ibidem.

Quae pars pertinet ad oblationem? Resp. ab Offe-
rorio vixie ad Praefationem.

Cujus res fit oblatio? Resp. materia Eucharistiae, id est,
panis & vini.

Quid sit circa hanc Oblationem? Respondet, primo
per Offeritorium cantatum a Choro ostenditur latitudo po-
puli offerentis: secundum Sacerdos orat, & invitat ad oran-
dum, ut oblatio Deo sit grata: tertio offert materiam
Eucharistiae.

Quare sunt ista? Resp. quia latitudo, & oratio, seu devo-
tio offerentium, oblationem valde commendant, & Deo
acceptabilem reddunt.

De Consecratione. Num. 5.

Ibidem.

Ibidem.

Quae pars pertinet ad Consecrationem? Resp. à pre-
fatione vixie ad Orationem Dominicalem.

Quid sit in hac parte? Resp. primo excitatur populus
ad devotionem in prefatione: post Praefationem popu-
lus laudat divinitatem Christi, dicendo: *Sanctuu[m]*, & huma-
nitatem, dicendo: *Benedictu[m], qui venis*, &c.

De prima parte Canonis. Num. 6.

Quid sit in Canone? Resp. Sacerdos primo com-
memorat pro quibus hoc sacrificium offerit: secundum
commemorat Sanctos, quorum patrocinio implorat: ter-
tio petet, ut oblatio sit illis, pro quibus offeritur, gloriatur:
deinde accedit ad consecrationem.

Quoniamodo Sacerdos pergit confectionem? Respon-
dit, primo petit confectionis effectum, cum dicit: *Quam*

De Sacrificio Missæ. 143

elationem, &c. secundò confectionem pergit, per verba
Saluatoris, cum dixit: *Qui pridie i[er]i exiit ad precium
prisonem per obedientiam ad mandatum Christi, cum di-
cit, *Vale & memores*: quod petit hoc sacrificium per-
fectam illi-Deo acceptum, cum dicit: *Supra quas proprie-
tates petit hujus sacrificii, & sacramenti effectum: pri-
mo quidem quantum ad ipsius sumentes, cum dicit, *Sup-
plies te rogamus*; secundò quantum ad mortuos, cum di-
cit: *Memento &c.* tertio quantum ad offertentes, cum di-
cit: *Nobis quoque peccatoribus, &c.***

De communione, seu percepcione Sacramenti.

Num. 7.

Quæ pars pertinet ad communionem? Resp. ab ora. *Ibidem.*
non Dominicale vixie ad sumptionem Sacramenti.

Quid sit in hac parte? Resp. primò preparat populus *Ibidem.*
ad Communionem oratione tum publica, que est oratio
Dominicali, in qua petunt panem quotidianum nobis
dari: tum privata, quem specialiter Sacerdos pro populo
offerit, cum dicit: *Liberas nos*. Secundò preparat populus
per pacem qui datur dicendo: *Agnus Dei*, quod sit, quia
hoc sacramentum est uincitatis, & pacis. In Missis autem
defunctorum non datur *pax*, quia sacrificium offerre
non pro pace presenti, sed pro re que semperrena: tertio
sit communio primò percipiens Sacerdotem, postmodum
alii dante.

De gratiarum actione. Num. 8.

Quæ pars pertinet ad gratiam actionem? Resp. post-*D.T. ibid.*
communionem, vixie ad finem.

Quid sit in ea? Resp. primò populus exultat pro sum-
ptione mysterii, & exultationem significat per cantum qui
dicunt, *Potestu[m] communio*: secundò Sacerdos per orationem
gratias agit, ad imitationem Christi, qui post Ascensionem
Hymnum dixit: tertio dat benedictionem dimittendo
populum, ut imitetur Christum, qui in Ascensione reli-
tus Apostolos benedicit illis. Deminù dicit Evangelium,
*In principio: ut ostendat Christum esse Alpha, & Ome-
ga, priuimum & novissimum, principium, & finem om-
nium.*

De ritibus, ac ceremoniis Missæ. Cap. V.

Ritus haec ceremonie pertinent ad Missam: Resp. pergit
nent, & ex Apostolica traditione accepta sunt. *ibid.* & 7.

134. Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

bum, *institutum*, & *oblatum à Christo*, significat causam efficientem, id est, Christum institutorem, & offerentem per manus sacerdotis. Concessum enim ait, Christum per manus sacerdotis hoc sacrificium offerre. Demum illa verba, in honorem Dei, & latitudinem totius mundi, explicit causam fiduciam ob dicta enim sacrificium hoc est institutum.

Dominicae, & hebdomatice sacrificii. Cap. II.

Ex D.T. 2.

Ex D.T. 3.

Quid significat hoc nomen *sacrificii*? Resp. ut D. Thom. significat sacram facio, id est, facio eum sacram.

Quia differentia est inter *sacrum* & *santum*? Resp. ex communis viu loquendi ratio est. *Sacrum* dicitur illud quod est Deo dicatum, seu ad dandum Deo cultum, vel honorem destinatum; & sic vestimenta, loca, & personae ad cultum Dei destinatae, dicuntur *sacra*. *Santum* vero dicimus illud, quod à Deo aliqui recipi qualitate sunt dignati: & sic res que habent aliquam qualitatem, vel vinculum sanctificant, dicuntur *santa*, & sic sanctum recipi à Deo. *Sacrum* vero quod aliquid ad Deum referit, & ipsorum autem pro eode, *sacrum* & *santum* accipi solent.

C. T. iiii.

Quid est facere *sacrum*? Resp. est facere, vt aliquid se destinatum ad cultum, & honorum Deo exhibendum per hoc, quod aliquid in circa ipsum.

De definitione sacrificii. Num. 2.

Ex D.T. 2.

Ex D.T. 2.

Quod est *sacrificium*? resp. dignum rei, oblatum factum ab homine ante Deum, ea ratione ut supremum illius dominium cum maxima sui humiliacione recognoscatur. Et hæc definitio ex C. T. primi quatuor eiusdem Sacrae.

Ibidem.

Quia ratione quatuor causa exprimuntur? Resp. illud verbum, *dignum rei*, dicit invenitiam, res enim que offeruntur est materia, dignum vero est quasdam quæ debet inesse tali rei; offerre enim rem indignam, vel non dignam, est materialiter non aptam sacrificio adhibere. Illa dictio, ab hebreis, significat causam efficientem. Forma vero exprimitur tribus vocibus: prima est *oblationis*, in qua, ait Catech. postrema ratio *Sacrificii* posita est: secunda est *humiliatio sui maximum*: tertia est *intendit recognoscendi supremum Dei dominium*. Finis est non intendit recognoscendi, sed implanter ut cognoscit, quod in Deo supremum dominium sit.

De Sacrificio Missæ.

135

De quadruplici fine Sacrificij. Num. 3.

Quorum est finis *Sacrificij*? Resp. quadruplex. Primum est, ut Deo summa laus, & honor deetur. Secundus, ut gratia agatur pro beneficiis accepitis. Tertius, ut deetur satisfactio pro peccatis commissis. Quartus, ut beneficia de novo obtineantur; seu imperatio alicuius beneficij: & ideo in veteri lege quatuor erant genera sacrificiorum.

D.T. 1.

102. ar. 4.

ad 8. & 10

ad 8. & 10

Ex D.T. 2.

2. q. 102.

Ex D.T. 3.

1. p. D.T.-Ex

D.T. 4.

Quare sacrificiorum tot vires habet? Resp. quia finis *Sacrificij* iste dare Deo dignum, & debitorum cujum: cum autem in Deo quatuor sint supremates, singula proprium cultum exhibere convenienter era.

Quae sunt istæ supremates Dei? Resp. Deus à Théologis consideratur primum ad intra, id est, in seculo, absque eo quod referant illos ad creaturas, & sic considerant esse summum bonum, ab eterno vitam beatissimam habens in semetipso: & hac ratione summum honor & laus illis debetur, 2. consideratur ad extra, id est, in ordine ad creaturas, & sic Deo tres supremates assignantur: prima est, quod sit primum principium totius mundi, id est, fons primus, & perennis omnium rerum, bonorum, & beneficiorum, & hac ratione debent illi gravarum actio pro beneficiis acceptis postea considerari. Ilum summum omnium gubernatorem, à quo leges, & precepta dantur universis, contra quæ precepta quia homines peccant, ideo cultus satisfactorius jure optimo illi debetur pro peccatis commissis. Demum alia supremas illi in Deo, quod sit victimus finis omnium, i. illud bonum in quo omnes beatificantur, seu æternum beneficium, sacrificari oblinient, & sic convenient cultos imperationis ranti & tam maximis beneficij: recte ergo quatuor vires disti sunt constituti.

De forma sacrificij. Num. 4.

In quo consistit forma sacrificij? Respond. forma sacrificij potest considerari tum in generali, tum in particulari.

Quoniam in generali? Resp. forma generalis dictio, ut dictum est in definitione: primum oblationem: secundum maxime sui humiliacionem: tertio, intentionem recognoscendi, vel omnia, vel aliquas supremates Dei, ut deinde dictum est.

I 36 Pars I. Doct. Conc. & at.

C.R. de s. Quoniam est forma particularis: Resp. ex divisione, seu Ord. n. 25. distinctione Sacrificij, forma particularis manifeste sunt. 2.2. q. 85. Sacrificium igitur aliud est internum, & privatum, id s. i. C.R. de s. oblatum à persona privata, & modo privato, id est, sa. Ord. n. 8 In Altari cordis sui. Aliud est publicum, & externum, id G. 2. D. T. est, oblatum à persona publica, & modo publico: hoc 1. 1. q. 102. propriè est Sacrificium.

art. 3. ad 8. Sacrificium tum publicum, tum privatum, tum internum, tum exterum, aliud est à lege naturæ, aliud est à lege scripta, aliud à lege Evangelica, & differentur inter se.

Q. 10. C.R. Amplius, Sacrificium cuiuscunque legis, aliud est laudis, aliud gratiarum actionis: aliud satisfactorium, aliud imperatorium, & ex his potest patere forma propria Sacrificiorum.

In lege nova dantur Sacrifica privata: Resp. dantur tam interna, quam externa.

De materia Sacrificiorum. Num. 5.

2.2. q. 85. art. 1. Vñnam est materia Sacrificiorum: Resp. quod ad Sacrificium publicum in lege nova est vna tantum materia, nempe corpus, & sanguis Christi sub speciebus panis & vini. In lge autem naturæ, vel scripta, variae res erant materia hujus Sacrificij publici, de quibus mo-

2.2. q. 85. dò dicendum non est. In Sacrificio autem privato legis art. 3. & C. nova D. T. ait, quod materia possum esse omnes actus R. de Or. virtutum, quia omnes possunt offerri Deo, & ordinari ad 2.3. 2. 4. recognoscendum summum dominium ipsius. In speciali 85. art. 3. autem ait, quod tale Sacrificium potest habere materiam actus virtutum, qui sunt: primò circa animam, veluti oratio, devotio, & fides, spei, & charitatis affectus, & similia: secundò actus virtutum circa corpus, veluti jejuniū, continēcia, mortificatio, & afflictio corporis: tertiò actus virtutum circa bona externa, formam, & facultatem, vñlati pati consumelas propter honorem Dei, remittere injurias, ut gratum fiat illi, & hoc quoad famam. Quidam fortunas verò facere elemosynam, vel despicer facultates, & amplecti pauperatam propter honorem Dei. Et horum ratio est, quia cum Deus sit primum principium, summus gubernator, & ultimus finis hominis, & omnium, que in illo sunt: tertius tum ipse homo, tum omnia, que in illo sunt: secundus tum iste ordinatur, ideo apta materia sunt Sacrificij privati.

De Sacrificio Missæ.

I 37

C.R. de or.

Q. Dod est efficiens Sacrificij: Resp. quantum ad n. 8. G. 24. institutione sunt leges: Lex enim naturæ, & scri- pta, & Evangelica sacrificium præcepérunt. Quod D. T. 2. 2. vero ad actus offendendi efficiens est, vel persona pri- 9.85. art. 1. vata, vel publica, sicut sacrificium est publicum, vel pri- vatum.

De quatuor causis Sacrificij Missæ. Cap. III.

D. Ebene considerari quatuor causas Sacrificij Missæ. Resp. debent, quia sine tali consideratione plena co- gaitio illius haberi non potest.

De Materia Sacrificij. Num. 2.

Q. Vid appellatur materia in hoc Sacrificio? Resp. illud quod offertur.

Quid offertur in Missa? Resp. Corpus, & Sanguis Chri- sti sub speciebus panis, & vini.

Est apta materia: n. Aptissima, primò quia supra omnia S. 2. 1. in infinitum grauiissima est Deo: secundò infinitum hominem Deo potest offere, & ideo dignum illo: tertiò, quia est aptissima ad omnes fines Sacrificii efficiendos, nempe ut de gloriā Deo, ut gratias agat de beneficiis accepitis, ut satisfaciat pro peccatis, ut impetrat beneficia: Christus enim in Cruce meruit, satisfecit, placuit, impetravit, &c. pro mundo.

De forma Missæ. Num. 3.

Missa est Sacrificium: Resp. Conc. Tr. determinat ibidem. Deinde, quod in Missa offertur Deo verum, & proprium Sacrificium.

Quoniam est forma hujus Sacrificij? Resp. forma Sacrificij C.T. scf. 1. Missa dicit haec quatuor: primò, Oblationem Deo. Corpus ea. 1. G. 2. enim, & Sanguis Christi Deo. Patti offertur: secundò ma- Ex D.T. ximam Christi humiliacionem; exinanit enim & humi- 2. qn. 102. liavit someripsum, factus obediens usque ad mortem, &c. G. 2. 2. q. tertius, est representativum passionis Christi, id est Sacrifi- cij illius carent: quartò ex parte Christi, & Ecclesie, & Sacerdotis, id est intentio recognoscendi quatuor super- mitates Dei, nempe quod sit Deus, quod primum principium, quod summus gubernator, quod ultimus finis omniū; & hoc per seculissimo modo, summa enim maiestas recognoscitur per summam humiliacionem, & sumum dominium per summam subjectionem: occidi autem, de

138 Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

stui, & consummari per obedientiam, est summa subje-
tio, & idem facere in honorem est summa humiliatio,
Ideo forma sacrificij Missæ perfectissima ratione est
instituta.

De efficiente Sacrificij Missæ, ejusque infuscatione.

Num. 4.

Seff. 12. c. 1. **Q**uis est author hujus sacrificij? Resp. Christus dupli-
cato ratione: primò, quia institutus illud: secundò, quia
impler offert illud per manus Sacerdotis.

Seff. 1. c. 1. **C**hristus est natus Sacerdos? Resp. ait Conc. est
Psal. 105 secundum ordinem Melchizedech.

Ibidem. **Q**uis configuit illum? Resp. ait Conc. factum esse Deo
seff. 11. c. 1. Parte misericordiam ita ordinare.

Ex **s**ef. 21. **Q**uando Christus instituit hoc Sacrificium? Resp. ait
Concil. instituit & obulit in vthina Cena.

Nonne Christus obulit hoc sacrificium in Passione?
Resp. ex Conc. videtur sic distinguendum. Christus in Pas-
sione obulit sacrificium cruentum, in Cena vero inflati-
tum, & obulit sacrificium incurruentum, sed representa-
tivum cruentum.

Seff. 12. c. 1. **I**nstitutus tunc Apostolos, & successores Sacerdotes?
Resp. instituit, quando dixit: *Hoc facite in meam commemora-
tionem*: & ita, ait Concil. Catholica Ecclesia semper
intellexit, & docuit.

ad **H**ebr. 5. **E**cclæsa offert hoc sacrificium? Resp. offert, sed per
ministerium Sacerdotis.

Ex **C**an. **F**ideles, & præcipue stantes, vel inducentes Sacerdo-
tes ad offendum, offerunt? Resp. offerunt, eadem
ratione per ministerium Sacerdotis.

CR. A. 77. **S**acerdos offert hoc sacrificium? Resp. offert, sed in
persona Christi.

Seff. 12. c. 1. **H**oc sacrificium potest inquinari malitia, aut indigni-
tate, offerentrum? Resp. ait Conc. non potest.

De fine, effectu, efficacia, & virtute Sacrificij Missæ.

Num. 5.

Seff. 12. c. 1. **Q**uis est finis sacrificij Missæ? Resp. primò, & prin-
cipaliter suis hujus sacrificij est Deus, & gloria il-
luc curietur soli, & nulli ali offerti potest: secundò ho-
nor, & memoria Sancctorum, quadam secundaria, & minus
principali ratione sunt finis Missæ: non quidem, quod

139 De Sacrificio Missæ.

possit offerti Sanctis; sed quia in honorem, & memoriam
illorum licet missam celebrare: testio, virtus hominum
viorum: quartò, utilitas eorum qui in purgatorio deti-
nentur.

Quid intendit facere hoc sacrificium in ordine ad Deum? **E**x dictis
Relp. date illi quadruplicem maximum honorem: primò,
secundum gratiarum actionis: tertium satisfacio-
nis: quartum impetracionis, quod est recognoscere qua-
tuor Dei supradictas jam dictas.

Quid intendit facete hoc sacrificium in ordine ad San-
tos? Relp. date illi honorum, celebrando memoriam
illorum, hoc sacrificio.

Quomodo sit in memoriâ illorum? Relp. primò, sit memo-
ria de victoriis Sancrorum: secundò, gratia Deo agatur
quod illi vultos in terris adiuvant, in celis coronave-
rit: tertio Ecclesia gaudie de beatis, & felicitate illorum:
quarid conum patrocinia implorat, ut *ipso pro nobis in-
tercedere dignetur in celis, quorum memoriam faci-
mus in terra*.

Quem effundit facit sacrificium Missæ in homines via? **S**eff. 13. c. 1.
tores? Relp. sacrificium Missæ habet eandem virtutem, &
& vim, quam habet passio Christi: idem enim sacrificium C.R. n. 73.
est. Efficacia hujus sacrificij copiabit in hoc, quod juxta 79. & 80.
dispositionem, & capacitatem hominum applicat illi
fructum passionis Christi, id est meritum, & satisfacio-
men illius. Et ideo effundit sunt multi, & principiū fa-
quentes.

Primo, representat fidelibus passionem Christi, & im-
titus illius. **S**eff. 13. c. 1. **C**ap. 2.

Secundo, per missam, ac ceremonias elevat fide-
lium mentes in contemplationem divinorum mysterio-
rum. **I**bidem. **C**ap. 4.

Tertio, quantum est ex parte sacrificii, applicat virtu-
tem, meritum, & fructum passionis Christi. **I**bidem. **C**ap. 5.

Quarto, conferit donum penitentie, & alia infinita do-
na illis, qui se non indignos reddunt. **S**eff. 13. c. 1. **C**ap. 73.

Quinto, remittit etiam ingentia crimina his, quos il-
lorum peccaverunt. **S**eff. 13. c. 1. **I**bidem. **A**d **H**ebr.

Sexto, datum facultas satisfaciendi Deo pro peccatis
illeque debitum cultum exhibendi.

Septimum datum potestas reuerendi vitam æternam.

Ostovo conceditur facultas gratias agendi, & impre-
trandi beneficia, aliqua multa.

Non munit contra peccata, & tentationes.

Decimò per hoc Sacrificium inter Deum, & homines
fit negotiator, quia Deus, & homo invicem dant, & acci-
piuntur.

Sef. 23.6.2. C.R. n.79. Quem effectum habet Missa erga defunctos? Resp. dat
illi solamen, & auxilium, per hoc enim Deo offertur
satisfactio pro ipsius, ut a penitentia Purgatorii liberen-
tur.

De dignitate Sacrificii Missæ.

Num. 6.

Qvanta est dignitas Sacrificii Missæ? Resp. infinita.
Primum ex parte materiae, quia res oblatæ habet infinitam dignitatem, cum sit hypotheticè unita divinitati.
Secundum, ex parte efficientis, quia offerens est Christus, qui
est verus Deus, & homo. Tertius ex parte formæ, & sacri-
ficii, quia in mundo nihil est dignius passione, & sanguine
Christi: & Missa est illud idem sacrificium, quod Christus
in Cruci obtulit. Quartus ex parte cause finali, quia per
hoc sacrificium Dóminus honor, beatas infinita laetitia,
vivis infinita utilitas, & defunctis vita æterna confertur:
infinita ergo dignitas illius est, & hoc solum sacrificium
continet omnima bona per tot sacrificium legis naturalis, & scriptæ significata: quia ut ait Concil. est illu-
rum omnium consummatio aquæ perfectio.

Sef. 12.6.2. Num. 30. Aliqua Missa potestne dici privata, & non communis
omnibus fidelibus? Resp. ait Cat. non; sed omnes Missæ
commune, confendeunt sunt, ut que ad communem omnium
fidelium utilitatem, & salutem pertinent.

De partibus Missæ. Caput II.

In quot partes dividitur Missa? Resp. D.Th. dividit in
sex partes. Prima, dicitur Preparatio. Secunda, Instruc-
tio: tercia, Oblatio: quarta, Consecratio: quinta, Com-
munion: sexta, Gratiarum actione.

De preparacione. Num. 1.

S. P. q. 8.5. art. 1. **Q**uae pars dicitur Preparatio? Resp. ab introitu usque
ad Epistolam.

D.T. ibid. Confessio est pars Missæ? Resp. D.Th. non ponit partem
Missa, sed est preparatio remota ad Missam. Intendit enim
tollerare peccata à Sacerdote, & à populo, tanquam impe-

dimenta. Id est si confessio antequam ad Altare accedatur:
removere autem peccata non est preparatio nisi remora.
Id est rectè D. Th. incipit Missam non à Confessione, sed *Ibidem*,
ab Introitu, quem incipit Sacerdos stans ad Altare.

Quomodo fit ista preparatio? Resp. primum in introitu *Ibidem*,
per laudem divinam significatur, quod Missa est sacrificium
laudis, & excitantur fideles ad devotionem erga
Deum: secundò dicuntur *Kyrie eleison*, ad repræsentan-
dam humanam miserationem, ut fideles excitentur hoc sacri-
ficium, per quod à SS. Trinitate obtinetur huic miseri-
tate subsidium. Id est dicitur ter pro persona Patris: &
Christi, ter pro persona Fili: & ter pro persona Spiritus
sancti. Dicitur autem ter duplice de causa: primum ad sig-
nificantiam triplicem miserationis, ignorantie, culpa, &
penitentia: secundum ad innundendum, quod omnes tres perso-
nae sunt in se invicem, una in alia: tertium fit commemo-
ratio celestis gloriae, que per hoc sacrificium obtinetur
post praesentem miserationem: id est dicitur *Gloria in excelsis*,
quod dicitur in festis, quia in illis commemoratur celesti-
tas Gloriam: omittitur autem in officiis luctuosis, quia fa-
ciunt commemorationem praesentis miseriae. 4. fit oratio à
Sacerdote pro populo, ut digni habeantur tantis mysteriis.

Quare fit ista preparatio? Resp. quia sine preparatione *Ibidem*,
non licet accedere ad tam divina mysteria.

De instructione. Num. 1.

Quale pars dicitur instrutio? Resp. Ab Epistola usque
ad Offertorium.

Quare premittitur ista instrutio? Resp. quia Missa est D.T. *Ibidem*,
mysticum fidei, id est antequam peragantur ista mysteria,
populi in fide sunt instruendi.

Quomodo fit ista introductio? Resp. per Epistolam, quæ *Ibidem*,
legitur per Lectores, & Subdiaconos, & continet doctri-
nam Prophetarum, & Apostolorum, inchoatam instrutio-
& fit dispositio fidelium ad plenam instructionem. Post *Ibidem*,
Epistolam cantatur Graduale à Choro, quod significat
profectum vite spiritualis per gradus: & cantatur Alle-
luia, quod significat spiritualem exultationem: vel Tra-
etus in officiis luctuosis, qui significat spiritualem gemi-
tum, lacrima enim, & gemitus spiritualis consequuntur per-
cepient doctrinam. Post hoc legitur Evangelium à sum-
mis Maiistris, id est Diaconi, per quod traditur plena,

DOCTRINA SACRI
Conc. Trid. & Catech. Rom.

De Sacramento Eucharistie.

PARS TERTIA,

id est,

DE SACRIFICIO MISSÆ.

De necessitate, & utilitate huius doctrine.

DOCTRINA de sacrificio Missæ est utilis & necessaria; Resp. ita adjudicavit Concil. Trid.

Quare est utilis? Resp. quia ex illa infiniti fructus & utilitates fidelibus proveniunt.

Quare est necessaria? Resp. sacrificium Missæ est necessarium: id est cius doctrina est necessaria.

Quibus potissimum est necessaria? Resp. necessaria est omnibus fidelibus, quia omnibus beneficium huius sacrificii commune est; magis autem sacerdotibus, vel promotoris vel promovendis: Parochis etiam, & Concionatoribus necessaria est, cum ipsis debeant tractare hoc divinum mysterium, & etiam populos illud docere.

Concilium Trid. cupit istam doctrinam fidelibus explicari; Resp. non solum cupit, sed Parochis imperat ut hoc presentent.

Divisio tractationis.

Quid debet de hoc sacrificio tractari? Resp. Primo, de nomine & definitione Missæ.

Secundo, de nominis & definitione Sacrificii.

Tertio, de materia, forma, efficiente, & fine Missæ.

Quarto, de partibus Missæ.

De Sacrificio Missæ.

Quinto de ritibus, ac ceremoniis illius.

Sexto, de cultu, & veneracione eiusdem.

Septimo, de defectibus circa Missam contingentibus.

De nomine, & definitione Missæ. Cap. I.

Quid significat hoc nomen *Missæ*? Resp. ait D.Th.si. D.T. §. p. 2. q. 1. rem missam nobis à Deo, id est, Christum q. 82. r. 4. qui est hostia à Deo pro nobis missa; vel significat rem ad q. missam à populo ad Deum: populus enim in sacrificio Missæ per sacerdotem mittit ad Deum precies, & sacerdos idem facit per Angelum.

Quomodo definitur *Missæ*? Resp. ex Cone. Trid. duplex definitio colligi potest, quae tamen non due, sed una sunt, idemque significant. Et prima est hec: *Missæ* est illud idem sacrificium, quod à Christo in area Crucis oblatum est, sola offerenda ratione diversum. Altera est, *Missæ* est ibid. e. 1. sacrificium corporis, & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini, cum representatione passionis illius instrumentum, & oblatum ab ipso in honorem Dei, & salutem totius mundi.

Vtrique definitio estime perfecta? Resp. est, quia plenè ex seff. 1. exprimit quatuor causas Missæ.

Quomodo explicatur prima definitio? Resp. sic: *Sacrificium Missæ* habet candem materiam, formam, finem & efficientem, quae habuit sacrificium passionis Christi. Hoe etiam est esse idem cum illo: ita tamè ut sacrificium Missæ duobus differat à sacrificio oblatu in ipsam reali passione Christi: differat enim primum, quia Christus in passione visibiliter est oblatus. In Missâ autem ipse omnino idem offertur, sed invisibiliter, quia sub speciebus panis & vini latens est: secundò quia sacrificium passionis fuit cruentum, id est, cum reali sanguinis effusione; Missa autem est sacrificium inercentum, id est, sine reali sanguinis effusione; cum tamen representationem suum illius realis sanguinis effusione.

Quomodo potest explicari secunda definitio? Resp. sic, Ex seff. 1. dicta definitio continet quatuor causas sacrificii Missæ: e. a. G. 5. materialis quidem sunt corpus, & sanguis Christi velata sub speciebus panis, & vini: Formalis explicatur per illa duo verba: *Sacrificium*, & *representatione* passionis Christi; significatur enim quod sit verum sacrificium, sed inercentum, & representativum passionis Christi. Illud vero

144 Pars I. Doct. Conc. & Cat.

Ex C. Tr. Sunene de necessitate sacrificii? Resp. non: sed de necessitate praecepit, & est peccatum mortale omittire illas.
Sess. 23. c. 5. Potest dici quod aliquis ritus sit superfluous, & innatis?
C. & c. 6. & Resp. Conc. Trid. & Cat. determinant, nullum esse superfluum, & omnia circa Missam, & Canonem esse recta ratione instituta.
7. C. R. num. 31.

De necessitate cognoscendi ritus Missæ.

Num. 2.

De Bapt. Est necessitas cognoscere ritus Missæ, & illorum n. 59. *ibid.* significacionem? Resp. Cat. sit, quadam ratione est necessarium. Conc. Trid. Sess. 22. cap. 5. & 8.
Ibidem. Quare est necessarium? Resp. quia non admodum magna erit villetas, sit, ceremoniarum, si eum significatio ignoratur. Ex C. T. ubi sup.

C. T. vbi supra. Quibus est necessaria habe cognitione? Resp. primò Sacerdosibus, quia nescient facere ceremonias, quas ignorant, vel facient indebet, quare significacionem non intelligunt: secundò populis, qui ignorata significacione ceremoniarum, minus devote huic sacrificio interficiunt.

Sess. 22. c. 8. Parochi debent mysteria hujus sacrificii, & ceremoniam declarari? Resp. ita est ex C. T.

De autoritate rituum, & ceremoniarum Missæ.

Num. 3.

Sess. 22. c. 8. Quo traditis sunt ceremoniae, & ritus Missæ? Resp. C. T. ait quod Ecclesia illas instituit, sed ex Apostolica disciplina, & traditione.

Sess. 22. c. 8. Potest dici Spiritus sanctus author illarum? Resp. potest, quia Ecclesia in his, & in aliis à Spiritu sancto doceatur, & regitur.

De fine Ceremoniarum. Num. 4.

Sess. 22. c. 5. Quid est finis rituum, & ceremoniarum? Resp. ex Conc. Trid. Cat. & D. Thom. colligitur quatuor esse fines.

Primus est: ut majestas tam sacrificii commendaretur, & qua debet reverentia celebraretur.

Secundus est: ut passio Christi in hoc sacrificio representaretur, & quadam ratione ante oculos fidelium posueretur.

Tertius est: ut fructus, & effectus, qui per hoc sacrificium à passione in fidibus derivantur, exprimentur.

Quatus est: ut mentes fidelium per haec signa visibilis-

ad

De Sacrificio Missæ.

145

ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latentes, in C. T. ibid. telligentianas excitatentur.

Conc. & Catech. ponunt hos quatuor fines? Resp. ponunt primum, & quartum, sed in quarto continentur secundus, & tertius.

De divisione rituum, & ceremoniarum. Num. 5.

A D quod capita possunt reduci omnes ritus, & ceremonias? Resp. ad tria, primò ad verba, secundò ad res, tertius ad actiones.

Quae verba adhibentur ad ritus Missæ? Resp. illa de *ibidem*, quibus dictum est in sex partibus Missæ.

Quae res adhibentur? Resp. ista & similes. Primò verba: secundò loca: tertius tempus: quartò vals, & litanies: quinque thus: sextò lumina: septimè Minister, seu Clericus.

Quae actiones adhibentur ad hos ritus? Resp. primò crucis signatio: secundò consecratio: tertio thurificatio: quartò populi salutatio: quintò ablucio manuum: sextò fractio hostie: septimè extenso, vel viro manum: octavo humiliatio, vel elevatio corporis: nonnū delatio Missalis ab uno loco ad alium: decimè deosculatio Altaris, & similia.

De vestibus Sacerdotialibus. Num. 6.

Q Uot sunt vestes Sacerdotiales? Resp. sex, Cingulus, *De his agit* Manipulus, Alba, Amictus, Stola, Planeta.

Istæ vestes debent esse benedictæ? Resp. debent, ut in *q. 40. art. 7* rub. Miss. de defect. Mill.

A quo? Resp. ab Episcopo, vel habente facultatem à *ibidem*. Papa. *Ibid.*

Quid significant istæ vestes? Respond. Mysticè significant aliquid passionis Christi: moraliter aliquam virtutem.

Quid significat Cingulus? Resp. Mysticè funes, quibus ligatus fuit Christus: moraliter castitatem.

Quid significat Alba? Resp. Mysticè vestem albam, quia Christus ab Herode fuit induitus: moraliter fidem & *ibidem*. innocentiam.

X

146 Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

Ibidem. Quid significat Amictus? Resp. Myst. coronam spic-
neam: Mor. contemplationem, vel spem.

Ibidem. Quid Manipulus? Resp. Myst. vincula Christi: Mor.
fortitudinem ad labores perfendens.

Ibidem. Quid planeta? Resp. Mystice vestem rubeam, qua Chri-
stus fuit induitus: Moraliter obedientiam legis, vel cha-
ritatem,

Ibidem. Quid Scola? Resp. Mystice Crucem super humeros
Christi: Moraliter perseverantiam, & meritum vita
eternae.

De Ecclesia & Altari. Num. 7.

*3. p. 9. 83.
art. 2. ad 5.* **D**ominus illa, qui dicitur Ecclesia, quid significat? Resp.
Ecclesiam, seu populum fidelem: ideo etiam dici-
tur Ecclesia.

Ibidem. Debet esse consecrata? Resp. Debet, & aliter non debet
celebrari, nisi de consensu Episcopi.

Quid significat ista consecratio? Resp. duo, primum
est sanctificatio, quam Ecclesia consecrata est per passionem
Christi, quam in hoc Sacrificio representat: secundum
ad significandam sanctitatem, que requiritur in illis, qui
debet interest huic Sacrificio, & recipere hoc sacramen-
tum.

Ibid. a. 13. Hac consecratio habet aliquem effectum? Resp. habet,
quia reddit locum aptum divino sacrificio, & excitat ad
devotionem adstantes.

Ibid. ad 2. Altare quid significat? Resp. Christum.

Ibidem. Debet esse consecratum? Resp. debet, & aliter non
potest in illo celebrari.

Quid significa haec Consecratio? Resp. sanctitatem
Christi.

De tempore celebrandi hoc Sacrificium. Num. 8.

*3. p. 9. 83.
art. 2. ibid.* **M**issa potest celebrari quotidie? Resp. potest.
Cur non sufficit celebrari singulis annis in die Ve-
netis Sancto? Resp. passio Christi potest dupliciter con-
siderari: uno modo, secundum hoc, quod in Christo capi-
tuit perfectio; & hoc in die Venetiis sancte perficiunt: alio
modo secundum quod ab ipsa passione fructus in Ecclesiam
divaricatur, & sic quotidie debet celebrari, quia quotidie
Ecclesia tali fructu eget.

Ibid. 3. & Qua hora debet celebrari? Resp. ab aurora vique ad
4. ibid. ad 2. meridiem.

De Sacrificio Missæ.

147

Quare in die Natalis celebranrus tres Missæ? Resp. ob
triplicem Christi Nativitatem, prima est a Patre aeterno,
seunda est temporalis, per gratiam in animam justi, tertia
est temporalis & corporalis ex Virgine.

De Calice & Corporali. Num. 9.

Quid significat Calix? Resp. Sepulchrum Christi. *3. p. 9. 83.*
Quid Patena? Resp. Lapidem superpositum sepul-*art. 3. ibi. 3.*

chro. Quid corporale? Resp. Linteamina, quibus corpus Christi
sunt fuit involutum.

Debet esse sacra? Resp. debet, ob reverentiam Sa-*3. ad 7. ib.*
cramenti, quod peragitur in illis.

De Luminib. Num. 10.

Quid significant lumina? Resp. Divinitatem Christi. *Sef. 22. c. 5.*
Potest sine eis ignitis celebrari? Resp. non, quia sic
habetur ex traditione Apostolorum.

De Clerico. Num. 11.

Clericus est necessarius? Resp. Est, & sine ipso saltem *3. p. 9. 83.*
presenti non potest celebrari Missa: in solenni autem *art. 3. ad 11.*
saltem duo altantes requiruntur.

Quid significat Clericus? Resp. populum fidelem.

De Altarib. que adhibentur ad ritum Missæ.

Num. 12.

Singula actiones, que adhibentur ad ritum Missæ, ha-*C. R. n. 83.*
bent suam significationem? Resp. habent, quia in
Missa nihil penitus est otiosum, vel supervacaneum.

Expedit singula explicare? Resp. expedit aliqua tangere,
re, ex quibus reliqua intelligantur.

De populi salvacione. Num. 13.

Quoties sacerdos in Missa salutat populum? Resp. sep-*3. p. 9. 83.*
ties salutat hac voce: *Dominus vobis cum & quin-*
que vicibus veritatem ad populum, ad significandum, quod
homini bus in die Resurrectionis, quinque sibi manifestavit,
duabus autem non veritatem, nempe ad Evangelium, & in
præfatione.

Quare in his duabus non veritatem? Resp. quia sic vellent *Ex C. T.*
invocare populum ut convertat se iam ad doctrinam Evan-*ibid.*
gelii, cum ad laudem Dei, que præfatione contingat.

Quare lepries salutat? Resp. ad designandum sepiori-
mem gratiam Spiritus sancti, que per passionem Christi
collata est.

K 2

148 Pars I. Doct. Conc. & Cat.

Ibidem.

Quid significat desecratio altaris, que fit ante Salutationem? Resp. Incarnationem, & descentum Christi ad nos.

De fractione Hostie. Num. 14.

Ibidem.

Quid significat fractio Hostie? Resp. tria. Primum quidem divisionem Corporis Christi, quae facta est in passione: secundum distinctionem Corporis Christi mystici secundum diversos status: tertium distributionem gratiarum procedentium ex passione.

De delatione Missalis ab uno loco ad alium.

Num. 15.

Quid significat delatio Missalis ab uno cornu Altaris ad aliud ante Evangelium? Resp. transiit legis à Synagoga ad Ecclesiam.

Quid significat restituio Missalis in pristinum locum in fine Missie? Resp. significat quod in fine mundi lex Evangelica recipietur a populo Hebreo.

De extensione, & unionis manum Sacerdotis.

Num. 16.

Quid significat extenso manum Sacerdotis? Resp. ann. 5. ad 5. **Q**ui est consecrationem significat fructus passionis latè diffusos esse, post Coelestiationem significat extensionem brachiorum Christi in cruce.

Ibidem.

Quid significat unio, vel elevatio manum? Resp. unio significat mentem in oratione debite uniti, & elevatio significat deponere ad Deum levati.

Ibidem.

Quid significat cum jungit manus, & se inclinat? Resp. humilitatem, & obedientiam Christi designat.

De Crucis signatione. Num. 17.

Ibidem.

Quale toties in Milla fit Crucis signatio? Resp. D. T. affect duplex causam. Primo est, quia ubicunque in Milla fit membra de consecratione Eucharistie, & de acceptatione hujus sacrificii & de fructu illius, fit Crucis signatio ad significandum, quod ista proveniant ex virtute Crucis Christi. Alia est, quia tali Crucis signatione representatur passio Christi, & quia in ipsa passione multa gesta sunt, oportuit plures fieri Crucis signationes.

Quories sunt iste signationes Crucis? Resp. Novem vicibus sunt.

Ibidem.

Prima vice fit super illa verba, *Hoc dona, hoc munera, hoc sancta sacrificia;* & haec significat triplicem Christi

De Sacrificio Missie.

149

traditionem, à Deo, à Iuda, & à Iudeo.

Secunda fit super illa verba, *Benedictam, adscriptam, Ibidem, rasam,* & significat venditionem factam sacerdotibus, Scientiis, & Phariseis; necnon pretium, id est triginta denarios.

Tertia post traditionem, & venditionem significat *Ibidem, praesignatio passionis,* quam fecit Christus in Cena bis, quando consecravit, per duas Cruces factas in Consecratio corporis & sanguinis super illis verbis: *Benedixit,* &c.

Quarta representatur quinque plague Christi per traditum, *Ibidem, signationes Crucis,* super illa verba: *Hoc iam puram, &c.*

Quinta representatur extensio corporis, & effusio sanguinis, & fructus passionis per trinam Crucis signationem, quae fit super illis verbis, *corpus, & sanguinem, &c.*

Sexta representatur triplex oratio, quam fecit in Crucifixione, una pro persecutoribus, cum dixit: *Pater, &c.* Alia pro liberatione à morte, cum dixit, *Domi, &c.* Tertia pro adoptione gloriae, *Pater in manus, &c.* Per tres cruces factas super illa verba: *Sanctificat, vivificant, benedicit,* &c.

Septima representatur tres horæ, quibus pependit in *Ibidem, Crucie,* à Sexta ulque ad Nonam, per tres cruces, super illa verba: *Per ipsum, cum ipso, & in ipso.*

Octava representatur separatio anima à corpore per duas cruces subfrequentes intra Calicem factas.

Nona, representatur Resurrexio facta, per *Ibidem, tres cruces,* quae sunt super illa verba: *Pax Domini, &c.* quia in Resurrectione Christus pacem dedit Apostolis.

De veneracione erga hoc Sacrificium.

Cap. VI.

Quenam veneratione debetur erga hoc sacrificium? Respondet duplex, alia publica, alia privata.

Quenam est publica? Resp. illa quam exhibent sacerdotes, & de qua dictum est.

Quenam est privata? Resp. duplex, alia interior, alia exterior.

De interiori veneratione. Num. 1.

Quae requiruntur ad interiori venerationem? Resp. Quatuor actus, fidei, speci, charitatis, & religionis. Quis est actus fidei? Resp. credere, & contemplari, que

150 Pars I. Doct. Conc. & Cap.

in hoc Sacrificio, vel fiunt, vel representantur.

Quis spei? Resp. gratias agere de beneficis per hoc Sacrifício accepisti, & sperare quod in singulos dies majora per ipsum possunt obtineri: demum quād maximam spem ponere in hoc sacrificio.

Quis charitatis? Resp. tristis, & dolere de offensis Deo factis, & gaudere de tanto, & tam digno cultu qui per hoc Sacrificium Deus exhibetur in laudem illius, & in satisfac-tionem peccatorum.

Quis Religionis? Resp. primò, assistere huic sacrificio cum devotione, attentione, & reverentia, noncum animi munditia, & puritate: secundò offerte Deo hoc ipsum Sacrificium, vel per seipsum, si est sacerdos, vel per faci-torem, si non est; & hoc facere etiam pro aliis, sive vivis, sive defunctis.

Quare ad has quatuor virtutes reducitur veneratio hu-jus sacrificii? Resp. quia omnes Doctores afferunt, per has virtutes Deo, & dignum & perfectum cultum exhiberi, & nullam carum debere omitti.

De exteriori veneratione. Num. 3.

*Sess. 21. in
dec. de
mis. Ec.*

Q uomodo veneratione exterior huic sacrificio exhibe-tur? Resp. tollendo defectus, & actus religionis affe-rendae in hoc Sacrificio.

Qui defectus debent tolli? Resp. Conc. Trid. enumera-tres: primus est, avaricia; secundus, irreverentia; tertius, superstitio.

Qui defectus debent tolli circa avaritiam? Resp. ex par-te sacerdotum, conditiones cuiusvis generis, mercedum pacta, & quidquid pro Missis novis celebrandis datur, nec non importunæ, & illibertales elemosynarum exactiones potius quam postulationes, & similia, que à simoniaca labe, vel à turpi quaestu non longè absunt. Ex parte vero populi indebita, & nimia parcitas in suppeditando ea quæ ad dignam Missę, & divini cultus celebrationem sunt necessaria.

Qui defectus extiores debent tolli circa irreveren-tiam? Resp. primò quoad personas, nemo qui sit publicus, & notoriè criminosis, debet permitti vel celebrare, vel sacerdis interesse: Vagis, & ignotis sacerdotibus non debet permitti ut possint celebrare. Secundò quoad loca, tati-

Ibidem.

De sacrificio Missæ.

151

tum in locis ab Episcopo designatis celebrandum est. Tertiò, quoad cantus, debent amoveti omnes cantus, qui aliquod lacrimum, vel impurum continent. Quartò, quoad decentiam altarium debent averti, ut decenter compo-sito corporis habitu admittant, ita ut declarent, se deuoro cordis affecta, & non solo corpore adieci. Quintò quoad actiones: omnes seculares actiones, vanas, atque adeo pro-fana colloquia, dcambulations, strepitus, & clamores arceat debent.

Qui defectus quoad superstitionem tollendi sunt? *Ibidem.* Primo hoc sacrificium non debet celebrari aliis, quam C.T. *ibid.* debitis horis. Secundo, ritus, ceremonia & preces, que in Missarum celebrationibz ab Ecclesia non sunt probatae, vel frequenti, & laudabilis vsu receptae, debent tolli. Ter-tio, numerus superfluous Missarum, vel candelarum amovendus est. Superstitiosus autem erit si illo numero vis aliqua, & efficacia tribuatur contra Ecclesiae con-fitudinem.

Qui actus virtutum pro veneratione hujus sacrificij debent adhiberi? Resp. tres principiæ: primò liberalitas, subministrando necessaria ad decentiam illius cultus: se-cundò reverentia, tam quoad munditiam, & decentiam vestium, quam quoad habitum, & actionem, & compo-sitionem corporis, sive respectu sacerdotis, sive altarium: quod idem de loco, & aliis dici debet: tertio ritus, & ceremonia, & preces, prout Ecclesia statuit, sunt à Sa-cerdotibus observandæ, & à populis contemplandæ, & meditandæ: que hæc & similia ad cultum hujus Sacrifi-cii pertinere videntur.

De intentione habenda in oblationem hujus Sacrificij.

Num. 4.

O fferentes, vel astantes, vel qui faciunt, ut hoc sa-
Sess. 21. 6. 1.
Sacrificium offeratur, quam intentionem possunt, & 2. & 3. debent habere? Resp. Talem.

Primo erga Deum: offerendi illi soli hoc sacrificium, & per ipsum exhibendi illi suorum, & divinum cultum: satisfaciendi etiam illi pro peccatis; primò suis, dcinde suorum, & omnium fidelium: gratias agendi pro benefi-ciis sibi, suis, omnibusque fidelibus collatis: imperanti beneficia futura sibi, suis, & omnibus.

K 4

ses. 22. c. 3. Secundū erga Sanctos, & Angelos; exhibendi illis per hoc Sacrificium magnam latitiam, faciēndi memoriā pugna, & victoriae & triumphi, vel coronæ illorum; & per hoc exhibendi illis dignum honorem, & Deo de illis gratias agendi, demūnū imperandi, & obliniendi illorum patrocinium, & preces apud Deum.

C.R.W. 78. Tertiō, erga sacerdotum, parentes, amicos, benefactores, 79. & 80. omnes fidèles, tam vivos, quam defunctos, obtinendi finis & effectus hujus Sacrificii, qui antea dicitur sunt.

Hanc autem intentionem debet haberi, ex his, que de fine hujus Sacrificii dicta sunt, manifestum esse potest. Cū enim omnis intentio ad finem referatur, ex qualitate finis, conditionem, quoque intentionis sumi debet dum non est.

De defectibus circa Missam contingentibus.

Cap. VII.

*Ex Rubr.
Miss.*

Qui defectus circa Missam contingere possunt? Resp. si quis non sacerdos celebret, non conficitur: secundū, si sacerdos habeat defectum in animo, nempe quod sibi sensus, excommunicatus, degradatus, irregulatus, vel sit in peccato mortali, & sine confessione, habens copiam confessoris extra calum necessariis, vel sine continuatione in tali casu celebret, conficit, id peccat. Tertiō, si habeat defectum in corpore, veluti si non sit jejunus, vel in nocte contigerit illi pollatio occasionata à peccato mortali, conficit, sed in primo casu mortaliter peccat, in secundo debet abstineat.

At quot capita possunt reduci omnes defectus? Resp. ad quinque, ut haberur in Missali: in primo ponetur defectus circa materiam. In secundo circa formam. In tertio circa officia, seu Missalium. In quarto circa finem. In quinto circa ipsum Ministerium, seu celebrationem.

Ibidem. Qui defectus contingunt circa materiam? Resp. primò si panis non sit triticeus, vel sit, sed corruptus, non conficitur; si tantum coepit corrompi, vel non sit azymus, conficitur, sed peccatur. Si vinum non sit ex vite, vel sit penitus acetum, vel penitus putridum, vel sit ex uvis acerbitis & non matuus expressum, vel sit admixtum tantum aqua, ut vinum sit corruptum, non conficitur. Si vinum coepit acerbitare, vel corrompi, vel fuerit aliquantulum acre, vel mustum tunc de uvis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel sit admixta aqua non naturalis, conficitur Sacramentum, sed peccatur.

Ibidem. Qui defectus contingunt circa formam? Resp. si qui integrè non proferret verba consecrationis, vel ita mutaret,

verba, ut etiam sensus mutatus sit, non conficeret: si autem mutaret verba tantum, & non sensum, conficeret; sed gravissimè peccaret.

Quid si defectus contingunt ex parte finis? Resp. si minister non habeat intentionem falem virtualem faciendi quod facit Ecclesia, non conficit, quia deest intentio necessaria respectu finis.

Quid defectus contingunt ex parte Ministeri? scilicet, si quis non sacerdos celebret, non conficitur: secundū, si sacerdos habeat defectum in animo, nempe quod sibi sensus, excommunicatus, degradatus, irregulatus, vel sit in peccato mortali, & sine confessione, habens copiam confessoris extra calum necessariis, vel sine continuatione in tali casu celebret, conficit, id peccat. Tertiō, si habeat defectum in corpore, veluti si non sit jejunus, vel in nocte contigerit illi pollatio occasionata à peccato mortali, conficit, sed in primo casu mortaliter peccat, in secundo debet abstineat.

Qui defectus contingunt circa ministerium? scilicet, primo *Ibidem.* si celebret in loco non sacro, vel non deputato ab Episcopo, nec in altari consecratio, & tribus mappis cooperato: secundū, si non adsit luminaria, vel non sit tempus debitum celebrandi ab aurora usque ad meridiem: tertius si minister non dixit saltem Matutinum cum Laudibus: quartò, si deest aliqua vestis Sacerdotalis, ut stola, vel manipulus, vel ita vestes & mappæ non sint benedictæ ab Episcopo, vel habente autoritatem: vel non adsit clericus, etiam adsit mulier: si non sit calix cum patena, si corporalia non sint munda, & non sint ab Episcopo, vel habente autoritatem benedicta. Si celebret capite cooperato, si non adsit Missale, etiam sacerdos memoriter sciat Missam. Et isti sunt defectus circa Missam. Quos latius videat *scit* in Rabt. Missalis, vbi etiam dantur remedii quibus, quando contingunt, provideatur. Et haec de Eucharistia dicta sunt.